



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 19. Mediobarbus Legatus Apostolicus ab Imperatore valere jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

aliо discrepet, sed plures iрis non co- Sæc.XVIII.  
hæreant, nunc administrando, nunc re- A.C. 1721.  
linquendo administrationem, rursum reassumendo, iterum deferendo.

Ad secundum petimus, ut pro sua Sapientia & justitia ruinæ Missionis, & extremæ necessitati christianorum saltem provisionaliter consulat. In Collegio Pechinensi 2. Februarii 1721. Joan. Laureati Societatis Jesu, Visitator Japonis & Sinarum.

Hoc scripto offensus Legatus huic Visitatori exprobrabat, quod ore & calamo sinceram Pontificiis decretis obedientiam pro se suisque non ita pridem jurato professus, octo observandæ Constitutionis difficultates exponere audebat: Ast hic inter lacrimas & suspiria se violenter ad id a quodam adactum fuisse, & Constitutionis observantiam a suis obtineri haud posse fassus, declarabat, se hac urbe excessurum, & Sacra menta deinceps administraturum.

### §. XIX.

*Legatus Apostolicus ab Imperatore valere jussus.*

Die quinta Februarii Imperator ad Urbem Cham Chum Yen profectus <sup>Du Halle  
l. c. p. 156.</sup> Legatum, ut biduo post illuc veniret, rogavit, qui ei ad alloquium die decima

E 2                  quarta

Sæc. XVIII. quarta ejusdem Mensis admisso expo-  
A. C. 1721. suit, quod Religionis Christianæ ne-  
gotio jam confecto ipse ad initium  
lunæ secundæ Macaoum proficisci, ibi-  
demque Europeæ navis opportunita-  
tem præstolari posset, ipse vero literas  
ad Papam mittere nollet, eoquod sui  
tituli, quos Tartatorum more apponere  
deberet, fors Pontifici minus accepti  
forent, siue alii eos Romæ minus  
fideliter interpretarentur, mortis sup-  
plicio digni essent: ad hæc respondit Le-  
gatus, seipsum tanquam vivam episto-  
lam summo Pontifici mentem suæ Ma-  
jestatis fidelissime expositurum, rogare  
tamen, ut pro suis famulis Peckini  
domum emere sibi liceret; hanc suam  
petitionem scriptotenus tradere jussus  
est, repulsam tamen tulit, eoquod po-  
tissimi cum ipso in Europam reversuri  
sint, quamprimum vero ipse in Sinas  
rediisset, de opportuna domo eis  
prospectum iri spondebat Imperator,  
Legatus tamen in Urbe *Cham Cham*  
*T'ien* ejusmodi domum, cum ad id Im-  
peratoris licentia haud esset necessaria,  
coemit. Post prandium *Chao*, & Eu-  
nuchus *Cinfu* Imperatoris jussu Legato  
munera Sinica ad Papam & Lusita-  
niæ Regem deferenda consignabant,  
eidem insinuantes, quod ipse Pecki-  
num, quandocunque libuerit, profi-  
cisci,

cisci, seque ad iter suum accingere Sæc. XVIII.  
posset, dummodo die vigesima quarta A. C. 1721.  
vel quinta lunæ secundæ reverteretur,  
ut Imperatorem discessus sui caussa po-  
stremo convenire posset. Die vigesima  
eiusdem Mensis Legatus cum suis,  
cunctisque Jesuitis Urbem *Cham Chum*  
*Tuen* ingressus, Imperatorem adiit, ex  
cujus manu scriptum Sinicum recepit,  
in quo Imperator cuncta sua mandata,  
verba, & inter ipsum & Legatum  
a die vigesima quinta Decembris usque  
ad vigesimam septimam Januarii acti-  
tata contineri ajebat, postea ipsum in-  
terrogabat, quem secum in Europam  
conducere, & quid de duobus Reli-  
giosis, qui ejus adventum prænuntia-  
bant, decrevisset: ad hæc respondit  
Legatus, se selegisse itineris socios Pa-  
trein Fabri, Viani & Rovedam, Pa-  
trem vero Cesatum tanquam Procura-  
torem Peckini relinquere, ac denique  
Ferrarium remittere Cantonem velit:  
interrogante autem Imperatore, an  
præter hunc adhuc alios Peckino Can-  
tonem decernere statuisset, reposuit  
Legatus, Patrem Raynaldum Mariam  
& Calchium. Ast Imperator Patrem  
Raynaldum utpote sibi ob singularem  
prudentiam acceptissimum Peckini re-  
linqui, & Patrem Cesatum Cantonem  
mitti, ceteros vero, qui Legatum in

E 3

Si-

Sæc. XVII. Sines comitabantur, pariter usque ad  
A. C. 1721. Ejusdem redditum ibidem reliqui vo-  
 luit.

## §. XX.

*Europæi scriptum Sinicum subscri-  
 bere jussi.*

Absoluto hoc colloquio, & Legato ad  
 suam domum reverso Mandarinus  
*Chao* cum aliis præfatum libellum Si-  
 nicum attulit, ac Imperatoris nomine  
 omnibus Europæis jam dudum in Aula  
 degentibus præcepit, ut sua appone-  
 rent nomina. Ceteris prior P. Josephus  
 Suarez Jesuitarum Lusitanorum Supe-  
 rior ita subscriptus: *Hæc sunt mandata  
 Imperatoris Tartarico - Sinici, & re-  
 sponsa Illustrissimi Patriarchæ Alexandrini  
 Legati Pontificii, & beneficia a sua Ma-  
 jestate collata suæ Dominationi Illustrissime,  
 de mandato Imperatoris subscriptissimus.  
 Joseph Suarez Soc. Iesu: postea ceteri  
 omnes Jesuitæ subscripti, qui etiam  
 præprimis Missionarium Ripam ad id  
 inducere moliebantur: cum autem hic  
 ceterique, quæ in hoc scripto contine-  
 rentur, ignorarent, notumque essent,  
 quod Jesuitæ, qui illud latine reddide-  
 rant, pro suo arbitrio quædam addi-  
 derint, alia deleverint (\*) hinc incal-  
 sum*

(\*) Id postea manifeste patuit ex styli &  
 Phrasium divertitate, necnon ex hiulco ser-  
 monis contextu.